

## Band III., Nr. 744, Seite 230-231

*Kaiser Friedrich II. nimmt die zum heiligen Grabe gehörige Kirche in Denkendorf mit allen ihren Rechten, Freiheiten und Besitzungen im ganzen Reiche, in seinen und des Reiches unmittelbaren und unveräußerlichen Schutz.*

Brindisi, 1228. Juni.

Fridericus, dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex. Inter cetera que religionis optentu nostram sibi vendicant clementiam et favorem, illud accedit voto precipuum, ut sacram domum Sepulcri Dominici, cui reverentiam maiorem reges et principes orbis debent, favoris et protectionis nostre robore munientes, tranquillo et salubri statui suo provideamus in posterum, dumque sue utilitati et quieti prospicimus, nobis quoque divine retributionis premia comparemus. Hinc est igitur quod, cum eadem sacra domus Sepulcri Dominici cum omnibus obedientiis subiectisque sibi locis speciali gaudeat privilegio libertatis, et sub universorum principum et regum defensione letetur, nos ob Christi reverentiam, de cuius munere provenit, ut locum et nomen pre cunctis terre regibus habeamus, ad supplicationis instantiam venerabilis patris Ierosolimitani patriarche, libertatis sue statum munificentie nostre liberalitate benignius prosequentes, ecclesiam in Denkendorf, cum omnibus suis bonis et pertinentiis ad Sepulcrum Dominicum pertinentem, sub nostra protectione et imperii defensione recepimus speciali. Confirmantes ei omnes libertates et immunitates, quas per universum imperium noscitur optinere, nec non tenimenta, possessiones predia et bona omnia que donatione princepum, largitione regum, collatione pontificum et aliorum oblatione fidelium impresentiarum iuste possidet vel inantea iusto titulo poterit adhipisci<sup>a</sup>. De affluentibus quoque gratia nostra ob honorem Dominici Sepulcri et superiorum intuitu premiorum statuimus et sanctimus<sup>b</sup>, ut advocatia eiusdem ecclesie, que per imperium gubernatur et regitur, semper in nostro et imperii demanio debeat inrevocabiliter remanere ac nullo futuro tempore possit a demanio, defensione et regimine nostro et imperii alienari. Quod si contigerit attemptari, imperiali auctoritate decernimus, non valere. Mandantes et universis firmiter inhibentes, quatinus nullus princeps, dux, marchio, comes, scultetus, advocatus, ministerialis, aliquis officialis nullaque humilis, sublimis, ut persona ecclesiastica vel mundana, predictam ecclesiam

---

<sup>a</sup>So die Urkunde.

<sup>b</sup>So die Urkunde.

## II

in Denkendorf, bona et pertinentias suas contra presentis protectionis, confirmationis et constitutionis nostre paginam inpetere, molestare, vel inpedire presumat. Quod qui presumpserit, quingentarum marcharum argenti penam se noverit incursum, quarum medietas camere nostre et reliqua parti passe iniuriam persolvatur. Ad huius itaque protectionis, confirmationis et constitutionis nostre memoriam et stabilem firmitatem presens privilegium fieri et sigillo magestatis<sup>c</sup> nostre iussimus communiri.<br> <br> Huius autem regi<sup>d</sup> testes sunt: B. venerabilis Panormitanus, L. Reginus et M. Barnensis archiepiscopi, Renaldus dux Spoleti, Henricus de Nymfa<sup>1</sup>, Anselmus de Iustingen, quondam marescalcus et alii quam plures.<br> <br> Signum domini Friderici secundi, dei gratia invictissimi Romanorum imperatoris semper augusti, Ierusalem et Sicilie regis. (*Monogramm.*)<br> <br> Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo vicesimo octavo, mense Iunii, prime indictionis, imperante domino nostro Friderico secundo, dei gratia gloriosissimo Romanorum imperatore semper augusto, Ierusalem et Sicilie rege, anno imperii eius octavo, Ierusalem tercio, regni vero Sicilie tricesimo primo anno, feliciter. Amen.<br> <br> Datum apud Brundvsium, anno, mense et indictione predictis.

—

Der Textabdruck folgt dem angeblichen Original. Es handelt sich um eine von gleichzeitiger Hand auf Pergament geschriebene Urkunde ohne Siegel und ohne Spuren, dass je ein solches angehängt gewesen.<br> <br> Im gedruckten WUB wurde vermutet, dass die ein unvollständig ausgefertigtes Original oder eher noch eine gleichzeitige Abschrift sei. Nach FRIEDRICH PHILIPPI: Zur Geschichte der Reichskanzlei unter den letzten Staufern Friedrich II., Heinrich (VII.) und Konrad IV., Münster i.W. 1885, S. 82, handelt es sich um eine Fälschung in nicht kanzleimäßiger Schrift und Anordnung. Philipp weist für eine Reihe weiterer Kaiserurkunden Nachtragungen bei der Datierung mit mehr oder weniger großer Sicherheit nach.

---

<sup>c</sup>So die Urkunde.

<sup>d</sup>So die Urkunde.

<sup>1</sup>Neuffen, ES.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

HStA Stuttgart

**Signatur/Titel des Originals:**

H 51 U 53

**Editionen:**

CHRISTOPH BESOLD: Documenta rediviva monasteriorum praecipuorum in ducata Wirtenbergico sitorum [...], 2 Bde., Tübingen 1636, Bd. 1, S. 461, Nr. VII. FRANZ PETRUS: Suevia ecclesiastica seu clericalia collegia tum secularia tum regularia [...], Augsburg 1699, S. 263. Huillard-Bréholles: Historia diplomatica, Bd. 3, S. 69.

**Regesten:**

Regesta Imperii Abt. 5, 1, 1, Nr. 1730.

**Literatur:**

Philippi: Geschichte der Reichskanzlei, S. 82 (Fälschung).

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Brindisi

**Aussteller:**

Friedrich II.; König/Kaiser

**Ortsindex:**

Bari, Apulien, Italien<br> Brindisi, Apulien, Italien<br> Denkendorf Wohnplatz (319)<br> Denkendorf, ES<br> Jerusalem, Israel<br> Justingen Wohnplatz (16938)<br> Justingen, Schelklingen, UL<br> Palermo, Sizilien, Italien<br> Reggio, Kalabrien, Italien<br> Rom, Latium, Italien<br> Ruine Hohenneuffen Wohnplatz (408)<br> Ruine Hohenneuffen, Neuffen, ES<br> Sizilien, Italien<br> Spoleto, Umbrien, Italien